

**Prorector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, S.S. Theol. Doctor & Professor ... Ad Exequias Quas Nobilißimo Iuveni Bernhardo Joachimo Filio dilectissimo ... Christophorus von der Lippe ... paratas cupit; Omnes omnium ordinum cives Academicos peramanter invitat : [P.P. Rostochi[i] a.d. 23. Decemb. An. M.DC.XLV.]**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770288332>

Druck Freier  Zugang



**Qvistorp, J.**  
in  
**B. J. v. d. Lippe.**

**Rostock, 1646.**

38.


















PRORECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
JOHANNES QVISTOR-  
PIUS, S.S. Theol. Doctor & Pro-  
fessor, itemque Facult. Senior,

AD EXEQUIAS  
QUAS  
Nobilissimo Juveni

DN. BERNHARDO  
JOACHIMO  
Filio dilectissimo

*Vir Magnus, Ampliff. & Consultiſſimus*

DN. CHRISTOPHORUS von der LIP-  
PE, J. U. D. Serenissimæ quondam Danorum  
REGINÆ SOPHIÆ, dum in vivis erat, Cancellar-  
ius, nunc vero potentissimi eorundem Regis CHRISTIA-  
NI IV. Consiliarius prudentissimus paratas  
cupit;

*omnes Bonnum ordinum civis Academicos  
peramanter invitat.*



ROSTOCHII,  
Ludw. NICOLAI KILII, Academia Typographi.

ANNO M. DC. XLVI.



ROBERTO  
JOHANNES QVISTOR  
AD REQVIRIT  
D. BERNHARDO  
JOACHIMO  
Filio dilectissimo

DM CHRISTOPHORE WITTELSP  
REGINA SEPTIMA  
CHRISTIA

CHRISTOPHORE WITTELSP  
CHRISTIA





**H**X tripode J. Cas. Scaliger dixit:  
Vitam esse dolium alterum Jovis, in quo  
nihil esset boni. Examine, si quis est  
qui assensum sustinet, singulas vite no-  
stra periodos; & omnium malorum ge-  
nera in eam, tanquam in Oceanum flu-  
mina prono cursu devolvi animadvertet. Ipsam vitam ad  
supplicis auspiciamur, pari hinc omnium sorte, vinculisq; con-  
stricti innocuos quidem annos, sed infinitis expositos pericu-  
lis omnibusq; voluptatis expertes majorem partem fletu transi-  
gimus: Hoc uno felices, quod infelices nos esse ignoramus.  
Exactâ jam infantia & crescente corpore, simul etiam arum-  
na, quasi herba quadam irrigua, succrescunt. A nutricum  
enim manibus dimissi preceptoribus & ludimagistris com-  
mittimur, sub quorum Mantianis quasi imperiis pueritiam,  
& plerumque etiam adolescentiam, florem adeo vite nostrae  
consumimus: quae quidem universa atas carceris instar ob-  
tinet, è quo, ut quamprimum emissi in libertatem nos vin-  
dicare possimus, unice in votis habemus; adeoq; atati & an-  
nis nostris instamus, ut tum demum ad solidam felicitatem  
nos pervenisse credamus, si ad illam, quam juvenis pro-  
mittit & nos mente dudum praecepimus, libertatem perstrin-  
gere licuerit. Quod ubi progressu temporis accidit, & re-  
moto custode nostri juris facti sumus, tot affectuum & volu-  
ptatum illecebris in diversum trahimur & distinemur, ut  
nullum mare esse existimem, in quo ulla tempestas tantos  
ciere motus possit, ac nos animos nostros diversissimarum  
A 2 cogita-



cogitationum fluctibus quasi impulsos astuare & jactari experimur. Quos non modo virilis aetas non componit, sed multo turbidiores reddit. Univerſa vita humana imperfectio, quam vel innocua infantia regebat, aut temerarij ac inconſulti impetus in juvene excuſabant, tunc primum infelix caput exerit, & conſpiciendam ſe totam præbet. Jam ambitio animum inſiſt, & ad ſumma aspirantes manſuros honorum gradus meditamur; & caduca hæc, quaſi æterna diſponimus. Ita præter propter vitam viventes, ſenectus tam lem, in quam veluti compendium natura omnium malorum colluviem congeſſiſſe videtur, nos invadit: cujus tam miſera eſt conditio ut nihil melius ſenibus oprandum veniat, niſi ſua morte quamprimum ut defungantur. Celebratur Perſe cujuſdam dictum, qui neminem fore aſſeruit, ut diadema regium humi jacens & caſu inventum tollere ſuſtineret, ſi quantopere geſtantem premat, intelligeres. Certe neque vitam noſtram, quam ſuis coloribus perſunditorie deſcripſimus, quiſquam foret, qui acciperet, niſi inſciis, ut ita dicam, daretur; adeoque verum eſt, quod princeps poëtarum apud Græcos aſſeruit, terram ipſo homine nihil imbecillius educare. Omnia igitur vita ſupplicium, & diu vivere diu torqueri eſt. Omnium vero malorum mors finis eſt, qua de nullis videtur melius mereri, quam de hiis, ad quos venit prius, quam invocatur. **Qualis & BERNHARD JOACHIMUM von der Lippen** / cui hodie juſta exequiarum ſaſturi ſumus, ante menſes aliquot excepiſt.

Natus enim Roſtochl d. III. Januarij anni c<sup>to</sup> 1703  
XXIII. Patre Magnifico, Ampliſſimo & conſultiſſimo Viro  
DN. CHRISTOPHORO von der Lippen / J. U. D. Sereniſſime olim Danorum regina vidua Cancellario; hodie  
vero



vero potentissimi eorundem Regis CHRISTIANI IV. Con-  
siliario fidelissimo, rerum hominumq; peritissimo. Matre,  
prestantissima femina MARGARETHA HERRMANN'S  
sexus sui verè margarita. Avo paterno HENRICO  
von der Lippen; materno autem JOHANNE HERRMAN,  
Cive hujus Reipublica primario. Proavo paterno BERN-  
HARDO von der Lippen / generosissimorum Lippiensium  
in Westphalia Comitum olim Cancellario bene merito; ma-  
terno NICOLAO HERRMANN, Reipub. hujus, dum fata  
DEUSq; sinebant, Senatore laudatissimo. Ad hoc Na-  
taliū decus, sed quod sepe etiam indignis contingere so-  
let, accessit, quod est palmarium, accurata Parentum edu-  
catio: qua omnis eò tendebat, ut Filium hunc suum in di-  
sciplina & eruditione Domini enutrent, ita nimirum sta-  
tuentes: si primum carissimo Filio diam, quā iretur ad re-  
gnum DEI monstrarent; & timorem Ejus, omnis sapien-  
tia ac felicitatis initium, sedulo imprimerent; tum reliqua  
hujus vite consecraria facile adjectum iri. Ipse etiam  
excellentiſſimus PARENS, quanguam occupationibus pu-  
blicis distingueretur, tamen cum filiis subeſſivo tempore re-  
pueſcebat, in studia illorum inquirebat, operamq; dabat,  
ut sub suis oculis ſeuera lege proficerent, ac domi haberent  
unde diſcerent, rectam vita honeſta formulam mutuarien-  
tur. Vagiit Noſter in hac eadem ciuitate, in qua Spiritu-  
m primum hauſerat, tantisper, dum Parens ejus ſingu-  
lari DEI providentia alio vocaretur. Cui cum Sereniſſi-  
ma Danorum Regina, utpote cujus fidem & prudentiam  
multis iam experimentis perſpectam & exploratam habe-  
bat, Cancellariatus dignitatem delegaſſet, qua hodie ſecun-  
das in regis tenet, quaque major in hominem rogatum non  
facile cadere poteſt, Filium hunc ſuum in Daniam ſecum



duxit: & cum aliquot annis post, mortuâ augustissimâ He-  
roinâ, Serenissimo ejus Filio CHRISTIANO IV, exacto  
ingeniorum censore, postquam ipse ad Argus sua clavum se-  
dere cepisset, inter Consiliarios allegeretur. & in Holsatiam  
sedem suam transferret, eundem BERNHARD-JO A-  
CHIMUM à latere suo nunquam dimisit, quò frequen-  
tius Homericum illud instillare posset:

πῶς τῶν δ' ἐστὶν μὲν ἄνευ

ne in socordia aut voluptatum diverticula dilaberetur  
Quin & ad Comitibus Imperij, cum legatione fungens au-  
thoritate Regia Ratisponam ann. clo lxx XL. mittere-  
tur, hunc sibi comitem adiunxit, ut illa ingenij bonitas &  
judicium naturâ excellens peregrinationibus ac usu rerum  
cultum magis & expolitum redderetur. Anno vero post  
optimi Parentis auspiciis Ratispona in Hollandiam traje-  
cit, exiguum illum quidem, sed potentem & magni in omnes  
partes momenti angulum. Ubi ex promotione SOPHIÆ  
ELISABETÆ Ducis Brunsvicensis, Regisq; Daniae ex  
Sorore neptis, in familiam Filij illustrissimi WILHELM  
FREDERICI Comitis Nassovia & Frislandia Gubernato-  
ris receptus, & expeditus feliciter variis militiae experimen-  
tis, ad aule usum interiorem atque splendorem adhibitus  
fuit. Quo loco positus, per quadriennium omnes ingenij  
nervos circumspectè in id intendit, ne qua parte expecta-  
tionem sapientissimi Comitis fefellisse videretur. Cum  
verò, circa initium hujus anni ad Magnif. & Nobilissimum  
Parentem suum, virum antiqua fidei & virtutis, ex lega-  
tione Osnabrugensi reducem, ac tunc temporis ob motus  
Sueonum Hamburgi commorantem inviseret, & isthoc pie-  
tatis officio peracto reditum ad Dominum suum jamjam pa-  
raret, ecce varioli securim & tragulam injiciunt, ut is cor-  
reptus



reptus & prostratus mentem atque iter aliò deflectere fati  
necessitate cogeretur. Documento certissimo, quàm sine  
inanes nostra spes; quàm vota mortalium aliter cadant se-  
pius, quàm credidisses. Ac fuit in tempore quidem adhi-  
bita praestantissimorum Medicorum ars, qui summa dili-  
gentia studioq; curarunt decumbentem: non tamen aliquo  
secundiore successu, cum jam supremis propius propiusq; ad-  
moveretur. Quod cum sentiret, rectè se facturum putavit,  
suis defungeretur officiis, quia meliorem feliciorēq; pollicen-  
tur exitum; & nisi sanā mente adhuc & integris sensibus vite  
ac ordine peragi haud queunt. Procepsi igitur rogavis  
ministrum Verbi, cui cum peccata sua, super quibus maxi-  
mopere dolebat, confessus esset, sacrosanctis mysteriis mox  
a volaturam de corpore animam procuravit. Die XXVIII,  
Martii, hujus anni, inter medias assistentium preces, ad quas  
subinde ipse est cohortatus, minimè ignorans, quantum pra-  
sidij in illis ponendum esset, placidè & nihil turbatā mente  
acquievit, cum XXI. annos admodum confecisset. Fuit in  
illo erectus animus, integer: magnum pietatis studium, in  
quo plurimum promovisse, sapientiam summam statuebat,  
cujus initium pietas & meta ultima est. Modestiam, illud  
ταπεινὸν δεξιῶν, & δὲ ἰσχυρὰ θεῶν ὑπέκλιτον aut naturā aut usu  
ita suam fecerat, ut à vita potius quàm ab hac abire velle  
videretur. Fuit morigerus Parentibus suis, quod sciebat  
obedientiam esse matrem felicitatis. Vitam & mores sic  
egit, ut semper memineris, se personam in theatro Honesta-  
ris agere, in Orchestra sedente & spectante Christiano aliquo  
Catone & universo virtutum Choro. Calluit Latinam,  
Gallicam & mediocriter Italicam linguas, tantāq; & inge-  
nii bonitate & judicij acumine pollebat, ut nisi morte pra-  
ventum



ventus fuisset, & Republica utilem virum promere habuisset.

Verum enimvero sapienter ille apud Tragicum:  
Ridet doletque quisquis, ut visum est DEO.

Quod si recogitet secum pensus paulo Magnificus Defuncti  
Parens, cui alioquin ἀγῆνωστος, acquiescet facile in praesenti fortuna, & equo animo patietur quae evenisse divinitus non ignorat. Nam Divis certare, quod praclare poeta monuit, non malignum tantum sed impium est. In regno nati sumus: DEO PARERE, LIBERTAS EST. Ferae hanc egregiam laudem, si publica non turbarent, à statu mentis nec privata dimovissent.

Vos, Cives Academici, agite, atque funus nobilissimi Juvenis, quod ad H. l. ducetur postea, frequenti officio exequimini, qui optimo Parenti ejus & hoc & aliud in re etiam latiori officium debetis. Ite, & unà illud inter eundem pro se quisque cogitate: NON SUM AETERNITAS.  
P. P. Rostochl a. d. 23. Decemb. An. M. DC. XLV.

Conventus fiet hodie ad horam primam  
pomerid. in Aede Mariana,






















reptus & prostratus mentem atque  
necessitate cogeretur. Documento  
inanes nostra spes; quam vota mori-  
pius, quam credidisses. Ac fuit in-  
bita praestantissimorum Medicorum  
genia studioque curarunt decumbentem  
secundiore successu, cum jam supremum  
moveretur. Quod cum sentiret, re-  
suis defungeretur officiis, qua meliorem  
tur exitum; & nisi sanam mentem adhuc  
ac ordine peragere haud queunt.  
ministrum Verbi, cui cum peccata su-  
mopere dolebat, confessus esset, sacr-  
a volaturam de corpore animam procu-  
Martii huius anni, inter medias assiste-  
subinde ipse est cohortatus, minimè ig-  
sidij in illis ponendum esset, placidè &  
acquievit, cum XXII. annos admodum  
illo erectus animus, integer: magnum  
quo plurimum promovisse, sapientiam  
cujus initium pietas & meta ultima est  
ταπεινὸν δεξιῆς, & δάσχυρα ἰσχύος ἔδειξεν  
ira suam fecerat, ut à vita potius qui-  
videretur. Fuit morigerus Parentibus  
obedientiam esse matrem feliciter  
egit, ut semper meminere, se personam  
vis agere, in Orchestra sedente & spectan-  
Catone & universo virtutum Choro.  
Gallicam & mediocriter Italicam lingu-  
am bonitate & iudicij acumine pollebat

the scale towards document



cedere fari  
quam sine  
adans se-  
dem adhi-  
nma dili-  
en aliquo  
diusq; ad-  
puravit,  
pollicen-  
sibus rite  
rogavit  
us maxi-  
erius mox  
XXVIII.  
ad quas  
um pra-  
à mente  
Fuit in-  
liam, in-  
taebat.  
m, illud  
tur usu  
re velle  
sciebat  
ores sic  
onestas  
aliquo  
nam,  
inge-  
e pra-  
entem